

Nordhausen, 965, April 12.

1.

*Kaiser Otto I. schenkt dem Kloster des h. Johannes zu Magdeburg den ihm in der slavischen Provinz Nizizi zustehenden Honigzehnten.*

C. In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina annuente elementia imperator augustus. Sanctis ac venerabilibus locis beneficia nostrae munificentiae largimur tam pro presenti statu a nobis regendae rei publice quam futurae mercedis remuneratione. Idecirco omnium fidelium sanctae universalis ecclesiae nostrorumque presentium scilicet atque futurorum noverit universitas, qualiter nos pro amore dei sanctique Iohannis baptistae et pro remedio nostrae anime necnon dilectae coniugis Hadelheidae nostrique amantissimi filii Ottonis regis per huius nostri precepti cartam imperiali auctoritate ad monasterium supra memorati sancti, quod in suburbio Magadaburch constructum nobiliter monachorum claret collegio, donavimus decimam ex omni censu mellis, quod nostro debetur servitio de provintia Sclavorum Nizizi nominata in comitatu fidelis nostri Vdonis sita, cum subscriptis urbibus Susili, Verliazi, Grodisti, Vsizi, Broth, Rochutini, Nessuzi, Sipnizi, Torgua, Pretimi, Olsnich, Dumoz, Triebaz, Prietozini, Clotna, Wazgrini, Zuetna, hac scilicet ratione, quatenus ex hoc in reliquum tempus abbas ipsius monasterii quicumque pro tempore fuerit simulque monachi sub eo regulari conversatione deo servientes hac nostra donatione perpetuo iure fruantur. Atque ut haec nostrae auctoritatis largitio omni tempore firma stabilisque permaneat, inde iussimus hoc presens preceptum conscribi nostroque signo auctorari manuque propria subter firmavimus.

Signum domni Ottonis magni et invictissimi (L. M.) imperatoris augusti. (L. S.)

Liudulfus cancellarius ad vicem Wilhelmi archipraesulis et summi capellani recognovi et subscripsi. (S. R.)

Data II Idus Aprilis anno dominicae incarnationis DCCCCLXV, indictione VIII, anno imperii magni Ottonis imperatoris augusti III, regni sui XXX.

Actum Northusun in Christi nomine feliciter. Amen.

*Angebliches Original im Geh. Staatsarchive zu Berlin: das aufgedruckt gewesene Siegel ist abgefallen. Abschrift im Privilegienbuche S. 250—252 mit der Ueberschrift: Mellis decimam a Sclavis dandam Otto I imperator. C. X. und im Weissen Buche S. 22. 23. Gedruckt: Origg. Guelf. IV, 557; Höfer Zeitschrift I, 371; Jaffé dipl. quadr. 10; v. Heinemann Cod. dipl. Anhalt. I, 35. Vergl. Stumpf Reg. n. 357; Magd. Regesten I, n. 170. — Stumpf und v. Heinemann setzen die Urkunde in das Jahr 966, Grosfeld de archiep. Magd. orig. 73 und Winter in den Geschichtsblättern für Stadt und Land Magdeburg X, 19 halten sie für unecht, vergl. dagegen Ficker Beitr. z. Urkundenlehre § 118, 348 u. 341. — Der Ausstellort ist sicher nicht von andrer Hand, auch*

Geschichtsq. d. Pr. Sachsen. IX.

1